

CHRISTE  
825.

EUGENII PAP. II.  
2.

LUDOVICI 12. IMPP.  
MICHAEL. BALBI 5.

nim non toto orbe terrarum vulgatum fuisset, atque ore omnium conclamatum tam in Oriente, quam in Occidente, & a Catholicis & ab hæreticis, si Eugenius Papa ex quorundam Gallorum persuasus scriptis, septimam Oecumenicam Synodum condemnasset, & Hadrianum una cum omnibus successoribus Romanis Pontificibus eam confirmantibus pari sententia affecisset? Quod autem directam legationem sequenti anno ab ipso Romano Pontifice ad Ludovicum Imperatorem, Francorum Annales sub eodem Ludovico conscripti testentur, licet quid detulerit, nihil dicant: tamen verisimile valde videtur, ad hoc legationem ab Eugenio in Galliam missam, quo ab asseritis erroribus revocaret Pontifex Ludovicum. Nam si illi acquiescere voluisset, in orientem potius ex ejus sententia una cum suis legationem misisset. Inhæsisse quidem omnium suorum prædecessorum vestigiis Eugenium Papam, ex præfatione ad septimam Synodum ab Anastasio Bibliothecario scripta ad Joannem octavum Romanum Pontificem satis certe intelligi potest, dum ab eo asseritur, inconcusam semper mansisse Apostolicæ Sedis eandem asseritionem de cultu sanctarum imaginum: simulque traditur, Gallorum aliquos ad sua tempora in eodem errore perseverasse, & per Romanum Pontificem corrigi hæcenus minime valuisset.

LIV.

An autem Legati Ludovici profecti sint in Orientem ad Michaelum Imperatorem, ut statuerat ipse, & hoc ignoratur quidem. Verum etsi profecti sint, eaque scripta detulerint, vel miserint ab illis congesta in volumen illud: tamen longe procul abfuit, ut Orthodoxi Orientales eam Gallorum reciperent de sacris imaginibus transactionem, quam diximus. Id enim discas ex Theodori Studitæ epistola ad Nicetam monachum data, a quo librum acceperat ejusmodi doctrinam continentem, sic respondentis ad ipsum (a):

(a) Theod. 1. 2. epist. 172. Cod. Col. Non recepta ab Orientalibus Gallorum transactione.

Quem sanctitas vestra per religiosissimum Metropolitanum ad nos librum misit, legimus. Et profecto qui hunc scripsit, in venerandarum imaginum dogmate non recte sentit. Hæc enim ait: ineffabilem, & incomprehensam Dei erga nos humanitatem, & sacros Sanctorum agones in litteris quidem sacris laudari sancimus, nullo

Ann. Eccl. Tom. XIV.

PAGIUS

Quod quidem dixit, non quod Imagines e Basilicis sublatae vellet, ut superstitiosa id genus errata emendanda esse demonstraret; neque hac religionis specie pacem Ecclesiæ Orientalis perturbari licere. Ea res inprimis movit Patres Synodi Parisiensis, quibus persuasum fuit Ecclesiæ tranquillitatem, sine qua charitas & necessitudo Christiana consistere nequit, longe præponendam esse huic controversiæ, qua detinebantur Græci inflammatis ultra

figmento quantum in nobis est, vel pictura quasi latentes: permitimus autem simplicioribus, cum imperfectiores illi sint, ex congenita ipsorum persuasione, etiam aspectu eis commensurato, talia introductionis ergo cognoscere. Quid ergo ad hæc dicemus? Primum quidem unius & absolute, nec additionem ullam de tractionem admittentis Fidei nostræ divisionem inducere, ut qui sibi quidem informationem ex sacris litteris vendicet, simplicioribus autem videlicet & imperfectioribus ex figmentis & picturis disciplinam attribuat. Deinde sibi quidem perfectionem gratia adaptet, alius vero Judaicam relinquat infantiam, qui congenita & connaturali inductione indigeant. Igitur per ipsum mentitur Apostolus, dicens: (b) Non est Judæus neque

(b) Gal. 3.

Græcus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina: omnes enim unum estis in Christo Jesu. Sin autem verum dicit ut certe dicit, & unus Dominus, una Fides, unam Baptisma: quoniam est hæc inanis divisio in segmenta duo inæqualia gentem sanctam, regale sacerdotium distingui, & alios quidem perfectioris partis esse, alios inferioris? Deinde quoniam unusquisque sensu præditus perfectionem experit, odio dignum ducit quod imperfectum est, atque hinc necessario supervacuum est dogma picture.

Adversatur & quam maxime Magno Basilio, non assentiens, nec eadem faciens, quæ ille ex æquo docuit: Quæ enim, inquit, historia sermo per aures representat, hæc pictura silens per imitationem ostendit. Repugnat ergo vir egregius sacris scripturis, sicut & summo Patri; & dum alium in hoc ipso dogmate corrigere studet, ipse frivola dixisse deprehenditur, & hanc ob causam prorsus quidem tales nugæ describimus. Commonefecimus autem diligentiam vestram, ut eandem sequatur regulam Fidei Orthodoxæ, sciens quemadmodum perfectus quisque licet Apostolica dignitate ornatus sit, Evangelico eget codice, ita & pictura secundum illum expressa; quoniam ejusdem honoris atque adorationis utrumque. Hæcenus Theodorus. Ex quibus vides quam procul abhorrent Orthodoxi, ut accepturi essent, quæ Galli Romano primum Pontifici, inde per

M eum

quam oportuisset, vel unquam prius actum esset in imaginum cultura, ut scribit sub finem libelli sui.

Culpa tamen non vacarunt Galli, si non in ritu colendi Imagines, saltem in modo impugnandi Decretum Nicenæ Synodi, quam Universalis esse pernegabant, ut probat caput 28. libri 4. Carolini. Persectam vero probatamque Romanis Pontificibus Gallorum religionem in Imagines Sacras satis apparet, tum ex repon-

XXVI. Non vacarunt culpa.

LV. Pictura sicut & scriptura retinenda.